



FLORENTIVS V, ^{TVS} WILHELMI REGIS ROM. FILIVS,
PATERNARVM DITIONVM HÆRES, ET COMES XIX.

EX VXORE BEATRICE, GVIDONIS FLANDRIÆ COMITIS F.
NATVS IOHANNES I, DESPONSVS FILIÆ REGIS ANGLIÆ.

A. MCCXCVI INFANDA CONIVRATIONE PERCVSSVS,
GRASSANTE TVM AMBITIONE PRÆFECTORVM.
SEPVLTVS REINSBVRGI.

Quid mihi bis mortem facinus moliris ob unum,
Posteritas? semel (ah!) sit perijisse satis.
Quin me quin potius cum Flandris bella gerentem,
Aut mea cum Fritijs praelia gesta refers?



Mitto ego, quæ patriis umbris monumenta dicavi,
Eximie testes quæ pietatis erunt.
Hinc, spero, laudem tribues, mutataque dices,
Quod te delevit, delet & illa scelus.

